Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

crudelissimos persecutores excitauit · qui eius doctrine
resistere et iniquitatis affectui pluriosa morte occidere.
Sed qui ad hoc uenerat ut non solum iniquitatis · sed ipsam
mortem pro nobis subiret · non recusauit inimicula · flagella
sputa · iniuria sustinere · ut nos ab eternis obprobriis eriperet
Deinde quasi agnus mansuetissimus ad uictimam eductus
cruci affixus · et uelut mundissima hostia deo patri est
oblata · Consummata quoque passione in sepulchro positus est ·
qui tertia die non solum a mortuis resurrexit · uerum etiam
ipsum auctorem mortis diabolum igneis cathenis ligatum
methamque damnatorum retrusit · Post hec discipulis suis
per dies xl · in multis argumentis apparuit colloquens
cum eis · et questiones atque in ipsa die quo assensurus erat
in celum illis ita precipiens · euntes docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti ·
Et hec dicens uidentibus discipulis suis penetrauit celos ·
et sedet ad dexteram patris · Exinde decimo die post ascen
sionem illis in uno loco consistentibus atque orantibus spiritum
sanctum in igneis linguis super eos misit · et sciam omnium
linguarum eis dedit · quo repleti et confortati ceperunt mox
magnalia dei predicare · Hec quibus nunc beatus petrus
apostolorum princeps eius in urbe roma hac fide constanter predicat ·
et eam acceptam in erroris tenebris manentem radio
sapissime doctrine illustrauit · Qui etiam nos ad istas regi
ones misit · ut nobis eandem fidem annuntiemus · et uiam
salutis per quam ad celestem patriam pergitur fideliter demonstremus
Hec predicante sancto euchario oppinctus est corde · ac se nunquam
talia audisse uel comperisse testatus est · Affuit etiam
huic salutifere admonitioni diuine uirtutis confirmatio ·
etiam et eam mox subsecuta est stupenda miraculi attesta-